



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias  
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||  
quatuor.||**

**Durandus <de Sancto Porciano>**

**Antverpiæ, 1567**

Quæstio prima. Vtrum omnia sacramenta nouę legis fuerint immediatè à  
Deo instituta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

relinquatur. ut dicit Beda. Nec videtur cōueniens q̄ Paulus Gal. 2. aliquid simulatē diceret vbi dicit Petrum reprehensibilem fuisse. Ideo Aug. dicit aliter & melius q̄ ante passionē Christi sacramenta legalia fuerunt à Iudæis ex necessitate obseruanda propter institutionē diuinam, sed post passionē Christi & ante diuulgationē euangelii obseruari poterāt à Iudæis ad fidē cōuersis nō ponendo spem in ipsis quasi essent alicuius virtutis, aut quasi sine eis gratia Christi nō sufficeret ad salutē, sed ne omnino videtur lex vetus reprobanda tanq̄ per se mala, vt idololatria. Erat enim mater synagoga sic cū honore deducenda ad tumulū. Sed post diuulgationē euangelii legalia fuerunt mortifera, medio ergo tēpore Petrus & Paulus & alii apostoli legalia obseruauerunt, nō simulatoriē, sed verē, non ponendo tamē in eis spem. Petrus tamen incautē se habuit in obseruatione legalium nimis cōdescendens Iudæis qui legalia obseruanda dicebant, ita vt alicui eius exēplo inducerentur ad ea obseruanda quasi necessaria. Et ideo verē reprehensibilis erat, quia aliquā culpam licet leuem incurrit. Alii dicunt quōd granē, quia nō ibat ad veritatem euangelii (vt dicitur Gal. 2.) Paulus verō ipsum verē reprehendit. & sic patet secundum.

9. Ad argumenta in oppositum. Ad primum dicendum q̄ decimæ & oblationes non pertinebant ad sacramenta vt. le. nisi quatenus aliquid figurabant. Et secundum hoc non remanserunt in no. le. sed solum quantum ad illud quod morale est in eis, scilicet in quantum decimæ sunt ad sustentationem ministrorum ecclesiæ. Oblationes verō sunt opus deuotionis fidelium.

10. Ad secundū dicendum q̄ Christus impleuit legem quo ad præcepta moralia superaddendo cōsilia, quo ad figuralia verō exhibendo præsentialiter quod figurabatur turum, quo factō cessare debuerunt vt ostensum est.

11. Ad tertium dicendum q̄ sententia apostolorū Act. 15. non fuit præceptum in posterū obseruandum quantum ad aliqua quæ ibi cōtinentur, sed fuit partim ad seruandā conscientiam, partim verō ad seruandā pacē Iudæorū & Gentilium ad fidem nouiter cōuersorum. Prohibebatur ergo fornicatio tanq̄ per se mala propter conscientiam quæ prius apud Gentiles non reputabatur peccatum, immolata autē idolis prohibebantur tanq̄ illa quæ poterant in cordibus Iudæorum generare suspensōe idololatriæ de Gentibus ad fidem conuersis. Sanguis autē iussu catus prohibebatur, quia abominatio erat Iudæis propter dissuetudinē, sicut etiā hodie oportet si aliquis vult cū alio socialiter viuere vt abstinere ab his quæ alius abominatur. Et instituti sunt propter pacem quousq̄ plenē diuulgatum esset euangelium.

#### Sententia huius distinctionis. II. in generali & speciali.

**I**am ad Sacramenta nouæ legis. Prius determinauit Magister de Sacramentis in communi. Hic descendit ad Sacramenta no. legis, circa quæ principaliter versatur intentio. Et diuiditur in duas partes. Primo præmittit quædam cōmunia quæ exiguntur ad Sacramenta nouæ legis. Secundo prosequitur de ipsis Sacramentis in principio dist. 3. ibi. Post hoc videndum est quid est baptismus. Prima est principalis lectio. Et diuiditur in duas. Primo determinat de quibusdā qui præxiuntur ad Sacramenta no. le. ordine doctrine. Secundo prosequitur spiritualiter de quodam, scilicet de baptismo Io. qui præxiuntur ad ea vt dispositio, vel præparatio, & maximē ad baptismum Christi. Secunda ibi. Nunc verō de baptismi Sacramento. Prima diuiditur in tres. Primo ponit Sacramentorum no. le. distinctionē quantum ad numerū & effectū. Secundo ponit ipsorum institutionem & institutionis tempus. Tertio excipit modū quantum ad aliquid. Secunda ibi. Si verō queritur quare. Tertia ibi. Fuit ramen coniugii. Secunda pars principalis in qua determinat de baptismo Io. diuiditur in tres partes. Primo ostendit differentiam ipsius ad baptismū Christi. Secundo ostendit quædam conditiones eius. Tertio quomodo ipsū suscipiētē se haberet. Secunda ibi. Ad quid ergo utilis erat. Tertia ibi. Hic cōsideretur. Et hæc est sententia lectio in generali.

2. IN Speciali autem sic procedit Magister & proponit primo q̄ septem sunt Sacramenta no. le. & ea enume-

rat, quorum quædā dicit principaliter ad remedia instituta, quædam principaliter ad gratiæ collationē, quædam verō ad virtutē. Postea verō dicit q̄ ista Sacramenta, quia sunt salutis collatiua nō debuerunt ante tempus salutis, (i. ante aduentū Christi) instituta fuisse à cuius passione & morte virtutē sortita sunt. Subdit autē q̄ Christus venire distulit donec homo de infirmitate legis naturæ & legis scripte conuinceretur q̄ eum iuuare nō posset. Postea addit q̄ cōiugii ante peccatū nō fuit institutum nisi in officii & sacramentū, post peccatū autē cum his in remediū. Postea dicit q̄ baptismus Io. qui prænucliauit baptismū Christi, in hoc differebat, quia baptismus Io. erat in aqua solū ad penitentiam præparans, non autem remissionē peccatorum dabat. Postea ponit huius baptismi cōditiones. Et primo quantum ad utilitatē, utilitas enim eius erat præparatio ad baptismum Christi. Secundo quantum ad nominationem, quia dictus est baptismus Io. eo q̄ nihil fiebat in eo quod Io. nō faceret. Tertio quantum ad genus, quia potest laque dicitur Sacramentū, eo q̄ rem sacrā. (i. baptismū Christi) signabat. Vltimo querit vtrū baptizati baptismo Io. fuerint iterum baptizati baptismo Christi. Et sub qua forma verborū baptizabat Io. Et respondet ad primum quod qui ponit in spem in baptismo Io. & perfectam fidem, nō erant rebaptizati baptismo Christi. Ad secundum verō respondet q̄ Io. baptizabat in nomine venturi. Et in hoc &c.

#### QVÆSTIO PRIMA.

Vtrum omnia Sacramenta nouæ legis fuerint immediate à Deo instituta.

Thom. 3. q. 64. ar. 2.

**C**irca distinctionem istam queritur de duobus. Primum est de Sacramentis no. le. in generali. Secundum est de baptismo Io. qui fuit præparatiuus ad baptismum Christi. Circa primum queruntur duo. Primum de Sacramentorum no. le. institutione. Secundum est de eorum sufficientia, & ordine. Quantum ad primum queritur, vtrum omnia Sacramenta no. le. fuerint à deo immediate instituta. Et videtur quod non, quia ea quæ instituta sunt à Christo expresse traduntur in scriptura, quia per nihil aliud scimus aliquid de factis Christi, sed de institutione multorum Sacramentorum nihil legitur in scriptura. Christum dixisse, vt de confirmatione & extrema vntione, ergo videtur quod talia non fuerint à Christo instituta.

2. Item Apostoli gesserunt vicem Christi in terris: sicut ergo Christus potuit aliqua Sacramenta instituire (vt dominus) ita Apostoli vt vicarij.

3. IN CONTRARIUM arguitur, quia digniora sunt Sacramenta nouæ legis quam veteris, sed Sacramenta vt. le. fuerunt instituta à Deo, ergo fortiori ratione Sacramenta nouæ legis.

4. RESPONSIO. Sciendum est q̄ si quæstio ista esset de possibili, videlicet quis potuerit Sacramenta instituire, dicendū esset q̄ solus Deus per primariā autoritatē sed per autoritatem cōmissam potuissent homines quantum ad aliquid si eis commissum fuisset. Primum apparet quia sicut per primariā autoritatem nullus potest legē cōdere nisi qui potest tribuere legi virtutem subditos obligandi, sic ille solus potest Sacramenta instituire qui potest ipsis dare virtutem iustificandi: quia sicut lex autoritate legislatoris obligat, sic Sacramentū ex virtute institutionis nō ex se iustificat, sed solus Deus potest tribuere virtutē Sacramētis iustificandi, ergo solus Deus per primariā autoritatem Sacramenta instituire potest.

5. Secundum patet, quia omne illud potest Deus conferre hominibus cuius hoies sunt capaces, quia Deus potest facere quicquid creatura potest suscipere: sed homines sunt capaces huiusmodi autoritatis instituēdi Sacramenta per potestatem commissam vt vicarij, ergo &c. Minor declaratur, quia sicut nihil repugnat naturæ rei quod homo sit minister dispensationis Sacramenti, sic etiā nō repugnat quod sit minister institutionis quantum ad aliquid, scilicet quantum ad determinationē rerum & verborum, in quibus Sacramēta cōsistunt (potuisset enim deus committere homini quod eligeret res & verba in quibus

sacra

facramentum baptismi vel aliud quodcumque consisteret) sed quantum ad virtutem sacramentorum siue eis inherenter siue per actionem Dei assistentem non potuit homo esse capax institutionis sacramentorum, quia nec poterat talem virtutem sacramentis conferre, nec per actionem diuinam eis adhibere quantum posset promulgare. Et ideo quantum ad hoc non potuit purus homo esse institutor sacramentorum etiam ut vicarius, sed solum quoad primum. Et quia vicarius vel minister non habet potestatem nisi secundum formam sibi traditam, hinc est quod potuit committi homini quod sacramenta institueret absque hoc quod instituta mutaret vel in eis dispenseret, sicut & nunc ministri qui sunt solum dispensatores sacramentorum mediantribus sacramentis spiritualibus effectum conferunt que auferre non possunt, posset nihilominus Deus conferre vtramque auctoritatem homini, scilicet ut sacramenta institueret, & instituta mutaret, vel in institutis dispenseret.

6 Si vero questio sit de facto, scilicet an omnia sacramenta fuerint a Deo immediate instituta, quamuis aliqui censu erint quod non, sed solum illa que sunt maioris necessitatis, aut dignitatis, ut Baptismus, Pœnitentia, Eucharistia, & Ordo, de quorum institutione expresse habetur in euangelio. Confirmatio vero & extrema unctio instituta fuerunt ab ipsis Apostolis (ut dicunt) eo quod sunt minoris auctoritatis & necessitatis.

7 Tamen probabiliter tenetur, quod omnia fuerint a deo immediate instituta. Cuius ratio est, quia fundamentum ecclesie sunt Fides & Sacramenta. Vnde Aug. tractans illud Ioh. 19. Vnus militum lancea latus eius aperuit & continuo exiit sanguis & aqua. Dicit quod sicut de latere Adæ dormientis formata est Eua, sic de latere Christi in cruce morientis formata est Ecclesia, quia inde fluxerunt ecclesie sacramenta. Cum ergo nullum sacramentum sit quod non pertineat ad fundamentum ecclesie, probabile est quod non solum quedam, sed omnia fuerint a Christo fundatore ecclesie instituta. In hoc tamen vera est prima opinio quod in instituto sacramentorum vocatur promulgatio eorum, sic illa que sunt maioris necessitatis, vel dignitatis fuerunt a Christo instituta & immediate promulgata. Quæ vero non sunt tantę dignitatis aut necessitatis, fuerunt promulgata ab Apostolis processu temporis.

8 Ex dictis sequitur quod omnia que per ecclesiam post Christum instituta sunt non sunt sacramenta, sed sacramentalia, ut benedictiones abbatum, abbatiarum, virginum, velitorum, & aquę benedictę, unctioes regum, cœcæ rationes a ra. iij. ecclesiarum, vasorum, & huiusmodi, in quibus sicut ecclesia potuit instituire, sic potest desinere, & dispensare, & mutare. Vnde Papa qui præest toti ecclesie potest de plenitudine potestatis suę committere consecrationem altaris, virginum vel abbatum, & alia que prædicta sunt simpliciter sacerdoti, licet non deceat, nec torte fieri posset sine scandalo. probabile est enim quod ea que per ecclesiam maxime tempore Apostolorum & Discipulorum ordinata sunt, processerunt a spiritu sancto.

9 Ad rationes in oppositum. Ad primam dicendum quod sicut dicitur Ioh. 20. Multa signa fecit Iesus que non sunt scripta in libro hoc. vnde est quod nihil legeretur expresse in scriptura de institutione aliquorum sacramentorum, tamen non sequitur quin ea Christus instituerit, & quia multa fecit que non scripta sunt, sed deriuata sunt ad posterum ex familiaris traditione Apostolorum, sicut dicit Apost. 1. Cor. 11. Cetera cum venero disponam. Posset tamen dici quod Christus sacramentum confirmationis instituit quando manus imposuit pueris. Extremam vero unctioem quando Apostolos misit ad prædicandam qui vnguebant oleo infirmos, ut legitur Mar. 6.

10 Ad secundum dicendum quod Apostoli & eorum successores sunt vicarii dei quantum ad regnum & regimen institutione ecclesie per fidem & sacramenta: vnde sicut eis non licet constituere aliam ecclesiam, ita non licet eis tradere aliam fidem, nec instituire alia sacramenta. Sunt enim ministri & dispensatores Christi, ut dicitur 1. Cor. 4. Sic nos existimet homo ut ministros Christi & dispensatores ministeriorum Dei.

Vtrum sint plura Sacramenta quam septem, & an bene ordinentur.

Thom. 3. q. 65. ar. 1.

Ad secundum sic proceditur. Et arguitur quod sint plura sacramenta quam septem, quia ecclesia fundata est super articulos fidei & super sacramenta, ut dictum fuit supra, sed articuli sunt plures quam septem, ergo & sacramenta.

2 Item Dion. determinans de sacramentis in ecclesiastica hierarchia non posuit pœnitentiã, nec matrimonium, ergo non sunt nisi quinque.

3 Item sacramenta non solum figurabantur in sacramentis, sed etiam confirmatio & extrema unctio non præcessit in ve. le. aliquid signum, ergo confirmatio & extrema unctio non sunt sacramenta, & sic non sunt nisi quinque sacramenta ut videtur.

4 IN CONTRARIUM est doctrina ecclesie & Magister in litera.

5 RESPONSI O. Videndum est primo de numero & sufficientia sacramentorum, & secundo de ordine eorum.

6 Quantum ad primum sciendum est quod numerus & sufficientia sacramentorum potest haberi dupliciter. Vno modo sic: sacramenta enim perficiunt nos in vita spirituali, que aliquo modo conformitatem habet ad vitam corporalem, & ideo per comparationem ad ea que sunt in vita corporali, sic sumenda est eorum sufficientia. In vita enim corporali pertinetur aliquis dupliciter. Vno modo quoad se ut est persona priuata. Alio modo per respectum ad communitatem cuius est pars, quia homo est naturaliter animal sociale. Primo modo perficitur aliquis in vita corporali tripliciter. Primo acquirendo esse per generationem. Secundo modo acquirendo perfectam quantitatem & virtutem per augmentum. Tertio modo continuando vtrumque per nutritionem. Similiter in vita spirituali. Primo acquiratur esse spirituale per baptismum qui est spiritualis regeneratio secundum illud ad Tit. 3. Per lauacrum regenerationis, &c. Secundo acquiritur perfectio virtutis cuiusdam spiritualis quantitatis per confirmationem que est quasi spirituale quoddam augmentum: quia in ea datur spiritus sanctus, ad robur, ideo dictum est Apostolis, Luc. vii. Sedete in ciuitate donec induamini virtute ex alto. Tertio vtrumque conseruatur per eucharistiam tanquam per quoddam alimentum spirituale, vnde dicitur Ioh. 6. Nisi manducaueritis carnem filii hominis & biberitis eius sanguinem, &c. Et hæc quidem sufficienter homini tam in vita spirituali quam etiam corporali si haberet vitam impassibilem, sed quia homo incurrit quædam infirmitatem corporalem & spiritualem, scilicet peccatum, ideo necessaria est homini curatio ab infirmitate, que quidem curatio est duplex, vna que sanitatem restituit & loco huius in vita spirituali est pœnitentia. Alia est que pristinam valetudinem reddit, Et loco huius in spirituali vita est extrema unctio, que remouet peccatorum reliquias, & hominem paratum reddit ad finalem gloriam. In ordine autem ad totam communitatem perficitur totus homo dupliciter. Vno modo in statu prælati accipiendo gradum regendi totam multitudinem, & ad hoc perficit sacramentum ordinis. Alio modo in statu subditi multiplicando communitatem per actum propagationis, ad quod ordinatur sacramentum matrimonium. Et ita sunt in vniuerso septem sacramenta.

7 Alio modo potest sumi breuius eorum sufficientia ex parte adiutorii quod conferunt. Sacramenta enim expectant nos ad actus virtutum que sunt septem, tres theologice, & quatuor cardinales. Ad actus ergo fidei expedit nos baptismus. Ad actum spei extrema unctio. Ad actum charitatis eucharistia. Ad actum veritatis confirmatio. Ad actum iustitię pœnitentia. Ad prudentię actum ordo. Ad actum temperantię matrimonium.

8 Quantum ad secundum sciendum est quod ordo istorum sacramentorum prout de ipsis determinat Magister est ordo secundum viam generationis & quoad nos, secundum quem modum bonum priuarum personę singularis prius est quam bonum commune ecclesie, sicut pars est prior suo toto. Et ideo sacramenta que pertinent ad bonum priuarum personę præordinantur illis que pertinent ad bonum commune ecclesie, scilicet ordini & matrimonio: inter illa vero que pertinent